

ANDREAS ALCIATVS IVRISCONS. GALEA  
CIO VICECOMITI. V. C. ET EQ. S. P. D.

MAXIMA semper apud veteres fuit historiae auctoritas, eaq; omnibus temporibus in honore habita, ut cum plurima variarum rerum studia & quidem nobilissima haberentur, rerum tamen gestarum scriptores semper primas partes sibi vendicarent. Prosit corporibus medicina: publice intersit plurimos esse iuriscōsultos: summo se in fastigio positos credant philosophi. de gradu deici non sinat se militaris gloria, cedunt haec tamen cessereq; omnia historiae auctoribus. cumq; nulla non artium aliquo tempore male audiuerit, solam hanc professionem extra aleam esse semper existimatum est. Eiecti urbe Roma pluries philosophi & rhetores fuerunt: senatusconsultis quoq; diffamati mathematici: nec medici nisi post sexcentissimum & eo amplius annum condita urbis admissi, cum tamen interim Cn. Pisō: Fab. Pictor ceteriq; annalium scriptores, summam dignitatem nanciscerentur. Si enim id genus professiones cur tantopere suis stultiis incumbant, diligenter animaduertemus, non aliud certe causa erit, q̄ pecuniae cupiditas. quid enim res medicis parat? nisi abominatione dignissimus morbus: maliq; aliqua lues. Quid militibus? nisi humani generis discordia, rapacitasq;. quid aliud nostrorum temporum philosophia respicit? at sola gloriae cupiditate scribitur Historia, non mercenario obnoxia stipendio. Sed quae sola sibi ipsi pulcherrimum premium fit. hinc non a viliissimo quoque tenentur, sed in principum fere & illustrium virorum exercitamentis fuit. ut Caesarem Augustumq; mittamus, Claudiae gentis imperatores uel a se uel a potentissimis quondam populis gestas res. commentariis suis componere minime dedignati sunt. patrum quoq; nostrorum memoria Turcarum regis frater Zyymus gentis suae fortia facta, tametsi exul & matrem oppressus curis complexus est. exemplo fortasse Thucididis existimauit, qui magnorum exercituum ductor relegatus esset, fore ut historiae scripter reuocaretur. sicut enim militaris ars plerumq; suis legionibus tribuniq; perniciosa est: quae uidelicet lubrico fortunae icui subiacet, ita omnibus utilis historia firmissimo pedamento nititur. quippe quae omnia moralibus in disciplinis a prudentioribus disputata ante oculos proponit: & quae sumptici ammonitione ab illis sunt tradita, facta esse exemplis docet. ut quanto magis humanam mentem exempla perceptis mouent, tanto philosophiae ipsa praestet exploratissimum id ha

buere ueteres. Quapropter non alia ratione Saturnum colentes in tēplo  
 rum eius ianuis tritonum imagunculus statuebant, quam ut ab eo cē  
 pisse historiā aeternitatēq; illis debere deos ostēderēt, quorū præcōio fuis  
 sent celebratī. ut merito nō parū Plinii secūdi sntiam dānandā opiner, po  
 tiore historia astronomæ curā existimātis, cū puræputæ ca sit superstitio  
 nis ars: incertaq;: & ple:ūq; falsa, quæ solis curiosorū auribus feliciter  
 excipiat. cum contra bonorū ingentibus præmiis, legum in scelestos  
 digna seueritate, bene beatēq; uinendi exemplis. historiæ lectione admo  
 neamur. quæ sola profecto certissima philosophia uidetur nobis esse. Ad  
 de quod etiam tantum ex se iucunda est, lectorisq; gratiam sic aucupa  
 tur ut quoquo modo scripta sit, lectio eius plurimū delectet. & sicut fa  
 cta dictis priora sunt, ita res ipsas summa auuiditate ut plurimum per  
 currimus. uerborūq; & structuræ rationem in postremis ducendam ar  
 bitramur. qua propter qui ornatissimis uerbis dissidentes ueritati res  
 prosequuti sunt sophistarum infami nomine dignos tantum diiudico.  
 quorum nemini non celebratus Herodotus quem historiæ si deis placeat  
 parentem uocant, princeps est. Sequitur Diodorus Philinus, Ari  
 stides aliq; plures in quibus ueritatem desideres, elegantiam dicendi  
 non requiras. Grauiores latini sunt, magisq; sinceri animi. rēq; potif  
 funum in eis deprandæ. quo politiore stilo maioreq; doctrina sunt, ce  
 etiam ueriores proclidisse. quod omnium consensus ostendit, easdem res  
 posteris tradentium. Qua tamen in re ut ceterorum Laudi detrabe  
 re nihil ausim, ita Corne. Tacitum nulli cedere constanter affirmau  
 ro. Nō probet in Liniō patauinitatem Asinus, exprobet Crispo mēdi  
 cæ de antiquariis uocabula Læneus, defendat Iulii Cæs. breuitatem  
 titulus operis, notent incuriæ Trogum, eiusdemq; semper coloris Q.  
 Curtium critici, Tacito certe nihil horum sine cauillo obieceris. cer  
 tat sermonis grauitas cum elegantia, maunulq; aliqua animo lecto  
 ris cogitanda relinquere, q̄ longis eum narrationibus oneratum di  
 mittere. qua ratione sit, ut tametsi delicatoris stomachi lectorem,  
 eius nunq; sacietas capiat. cum huiusmodi uiris etiam lactea Lini uber  
 tas plerunq; fastidio sit. ut sicut illi non nisi inepte aliquid addideris,  
 ita huic non nisi temere quicq; detraxeris. sed grauior Tacitus: infla  
 turq; magis. sine quod rerum dignitas hoc expostulet: sine quod sub Ve  
 spasianis id dicendi genus magis placuerit. at Liniō crispoq; uti  
 atate maioribus ita etiam dignatione cedere Tacitum ut æquum du  
 eam, illud certe recti iudi ii nemo diffitebitur, longe lectū digniora es,

se. quæ hic scripserit. bella: tribunitia seditiões, armorum strepitus, op-  
 timatum conspiraticnes, minimum ad bonos mores exemplo conducunt.  
 quæis & hæc quoq; Tacitus exequatur. at senatorum varias sentētias,  
 ingentes quorūdam etiam instante fato spiritus, rerum gesharū consilia,  
 principum varios motus & pacis tempore necessārias artes apud alios  
 non æque offendas. sed. & nobis præ Tacito serdeset Linius. cum ille  
 clarorum uirorum exemplo plurimis nos præceptis instructos dimittit  
 quemadmodum in caput auctorum scelera uertantur, quantum nominis  
 ex constantia animiq; fortitudine nobis queramus, q̄ cante cum malis  
 principibus a gendum, q̄ modestos cum omnibus esse conueniat. nisi ma-  
 gis mortalibus prodesse longas prodigiorum narrationes aliquis cre-  
 dat: procuratq; a pontificibus portenta, tum fusius explicatos annuos  
 magistratus, quorum nomenclatura uel diem dicendo eximere quis pos-  
 sit. Eo temeritatis progredi nequaquã ausim, tantum uirum uel in  
 lenissima re ut damnare uelim, Sed cum utruūq; summopere & pro-  
 bem & admirem, alterius tamen in delectu iudicium præpono. meri-  
 to igitur tanta. P. Anno Tacito Imperatore habitus est, ut eius  
 effigiem omnibus in bibliothecis pou edicto. mandauerit: librosq; tan-  
 ta cura adseruari, ut singulis annis decuriones ciuitatum eius histo-  
 riam describendam uetus exemplaribus curare iussi sūt, in publi-  
 cisq; archiuiis seruare. ne aliquo unquã tempore depereret. Quãq;  
 tantum boni inuidentibus humano. generi satis, magna quoq; pars  
 etiam num desideretur. essetq; adhuc ανεφαλος TACITVS, nisi  
 Christiæ orbis Max. Pontifex Leo. x. priores quinq; libros de barba-  
 ris redemptos, postliminio ut tandem reuertentur effecisset. quo  
 nomine tantum illi studiosi omnes debent, quantum parenti eius Lau-  
 rentio bonæ litteræ, qui eas fere solus in italia a cæteris desertas  
 onrauit, sustinuit, tutatus est. Cæterum & quãuis a doctissimis  
 uiris emendata uolumina in lucem uenerant, subterfugerunt tamen  
 eorum limam errata quædam, quæ accuratum lectorem merito pos-  
 sent remorari. Erant & aliqua quæ tametsi castigatione non indige-  
 rent, propria tamen obscuritate studiosis incognita, operam no-  
 stram desiderare potuissent. ea omnia ut tibi Doctiss. Nobiliss. q;,  
 eques Galeaci marem gererem in artissimum libellū collecta, ad te eo ani-  
 mo destinam, ut mei erga te amoris perpetuum monumentum essent.  
 cum enim affinitate iungamur, cum & græcis latinisq; litteris pari-  
 ora operam dederimus, cum & tu mihi studiorū hortator impulsorq;

antiteris, ingratiſſimus certe eſſem niſi ſingulari te quodam amore pro  
 ſequer. qua ratione etiam de me impetrare id potes, ut ſupra vires  
 nihil non aggredi te auriga moderatoreq; non dubitem. Quamvis enim  
 noui exempla eſſe penes noſtrates viros cognoſcerem ut iuriſconſultus et  
 hiſtoricos pertractaret, ſua tamen auctoritas preualuit. preſertim quod  
 in hoc veteres me imitaturum tu quoq; aſſerebas. quorum Modestinus  
 etiam periochen in Virgilium composuit: idemq; graece diſertauit.  
 Antiftius quoq; labeo non iuris ſcientiae ſolum: ſed et aliis ſtudiis  
 tantum opera dedit, ut in eis etiam peritiſſimus haberetur. quo in al  
 bo et Seruum Sulpitium oratorem celeberrimum eruditi omnes ponunt:  
 Labolenumq;: quorum reſponſis ceu gemmulis digeſtorum libri creber  
 rime reſperguntur. Iure igitur clientibus horul. s paucas ſubtraxi, ſue  
 ceſſiſſiq; tempribus quantum per frequentes aduocationum occupatio  
 nes licuit, in amena haec Tacitui reſta diuerti: tum animi cauſa: tum  
 ut id quatuſculumq; officii eſt, eius memoriae impenderem: quo clarior  
 intellectuq; facilior per docta hominum ora uolueret. Quae in re ſi tibi  
 ſatiſfacio, ſummum deſiderii mei fructum ſero, ſi minus, quod tute  
 intriſti, tibi, ut in prouerbio, credendum eſt: qui me ad intermiſſa gra  
 uioribus negotiis ſtudia pauliſper regredi coegit: in quibus id potue  
 ram: quod canis in balneo. Vale,

### Ex lib. i.

Legata non ultra civilem modum niſi quod populo et plebi. ecceboor,  
 praſcriptos hoſce numeros Traquillus quadringentis item tricies quin  
 quies ſignificare oſtendit. Subaudiuntur autem ex conſuetudine loquen  
 di centena millia, quod infra ex Liulo demonſtraturus ſum. Extant  
 adhuc argentea numiſmata cum denarii nota. x. quorum octo unam  
 unciam pendunt. ut inde conſtet noſtris aſſibus nouem ualuiſſe denari  
 um. hincq; nummi quoq; ualorem cognoſcamus: quorum quattuor de  
 narius completitur. idem autem eſt nummus quod ſeſtertius aris.  
 at mille nummis argenti ſeſtertium aentro genere aſtimatur. Qua  
 ratione uiginti quinque coronatos noſtros equabit. Igitur quadringentis  
 centena millia nummorum, quadringentis centena ſeſtertiorum argen  
 teorum ſunt. hoc eſt monetae noſtrae coronatorum decies centena millia  
 quibus ſi addas tricies quinque. hoc eſt octagies ſepties milies corona